



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Synodalia Osnaburgensis Ecclesiae, Ab Anno Christi
MDCXXVIII.**

Brogberen, Johannes

Coloniae Agrippinae, 1657

Decretvm XI. De Iudicibus Causarum Apostolicarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14298

Camerar. Ioannes Busch, Pastor in Oestercappelen.

In Decanatu Grönenbergensi.

Decan. Hermannus Hoffhaus Pastor in Willingholthausen.

Camerar. Pater Henricus Frey, Societatis IESU, sacerdos & Vicecuratus in Melle.

In primario Embslandiæ Decanatu, cis Amasim fluvium.

Decan. Dominus Engelbertus Moseler, Commissarius Noster Generalis per Embslandiam, & Pastor in Hafelunen.

Camerar. Everhardus Ioannis, Pastor in Bocklo.

In Decanatu Embslandiæ secundo.

Decan. Albertus Abt, Ordinis S. Benedicti, & Pastor in Meppen.

Camerar. Ioannes Wesseling, Pastor in Haren.

In Decanatu Vechtenfi.

Decan. Ioannes Stockman, Pastor in Vechte.

Camerar. Ioannes Wafferman, Pastor in Languorden.

In Decanatu Cloppenburgerfi.

Decan. Gerhardus Covers, Pastor in Cloppenburg, & Vicarius Cathedralis Ecclesiæ Nostræ Osnabrugensis.

Camerar. Ioannes Brandt, Pastor in Essen.

In Decanatu Ritbergensi.

Decan. Engelbertus Steincamp, Pastor in Rittberg.

Camerar. Ioannes N. Pastor in Nienkercken districtus eiusdem.

DECRETVM X.

De Examinatoribus.

Hoc Decretum cum formula iurijurandi ab Examinatoribus præstiti habetur in Synodo quinta, fol. 311.

In hac vero Synodo, Examinatores de novo præter Illustrissimæ ac Reverendissimæ S. Celsitudinis in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarios Generales & Officalem Præpositi fuerunt, Dominus Ewaldus Markius SS. Theologiæ Licentiatus, Dominus Bernardus Matthiæ SS. Theologiæ Doctor, Conradus Burenus, Cathedralis Ecclesiæ Pastor, & Canonicus ad S. Ioannem, Pater Ludowicus Crabbe, Prior Dominicanorum.

Subiunxit Secretarius in hæc verba, Placentne Vobis?

Respondente Clero, placent.

Secretarius Synodi subiunxit, si qui novi ex admittis & approbatis sint, accedant, & solitum præstent iuramentum Examinatorum; quod & factum.

DECRETVM XI.

De Iudicibus Causarum Apostolicarum.

Cum etiam Conc. Trid. & statuta Metropolitanæ constituant, nec non consuetudo huius Ecclesiæ sit, ut etiam Iudices Causarum Apostolicarum in Synodis constituantur, qui juxta Tridentinum, Cathedralis Ecclesiæ Canonici, aut aliis in dignitate constituti esse debent. Hinc denuò sequentes publicamus & denominamus,

D. Ioannem à Leerad, Cathedralis Nostræ Ecclesiæ Osnabrugensis, Præpositum.

D. Ioannem Wilhelmum à Winkelhausen, eiusdem Ecclesiæ Decanum.

D. Ioannem Biscopinck, Curie Nostræ Episcopalis Officalem, Protonotarium Apostolicum, & Canonicum, ad S. Ioannem.

D. Rabanum Heisterman, Collegiæ Ecclesiæ ad S. Ioannem Decanum.

Placentne Vobis?

Respondit Clerus, placent.

DECRETVM XII.

De Censore Librorum.

Censorem librorum volumus & denuò nominamus D. Ewaldum Markium, SS. Theologiæ Licentiatum, Canonicum ad S. Ioannem, & Consiliarium Nostrum Consistorialem.

DECRETVM XIII.

De Pœnitentiario.

In Pœnitentiarium Episcopalem publicum in Nostra Cathedrali Osnabrugensi Ecclesia constitutum & deputatum, Patrem Ludovicum Crabbe, Priorem Dominicanorum.

Placentne Vobis?

Respondit Clerus, placet.

DECRETVM XIV.

De Syndico Cleri.

Cum prioribus, præsertim belli temporibus, varia ab Ecclesiis bona, abalienata sint; posterioribus etiam ob negligentiam Prælatorum, Parochorum, aut quorumcumque beneficiarum, idem evenire posset: Hinc pro recuperandis bonis Ecclesiarum, & conservanda immunitate Ecclesiastica, Dominum Wennemarum ab Ascheberg, Osnaburgi ad S. Ioannem Canonicum, & Assessorem Nostræ Curie Episcopalis, ad hoc speciahter deputamus,